De excessu D. Vladislai

†

IHS j Ma

B.V.M. B.J.S.

Ingentem satis uno in Rege amisso cladem
Polonia accepisse videbatur cum ^[apparuit] Superis altius in-
sedisse ultionem nostram ~~apparuit~~ subductamq[ue] ideo
^[regnantis fortunam] ~~Regem~~ ne facili calamitatum remedio eriperemur fatorum
vindictae. Tertio ab excessu Regis die commilitones
ex castris duo Zosius et Boglewius ab imperatore Poto-
cio ^[Mierzeium] cum literis ad Regem ^[tanquam vivum] advertere. quibus Stanislao
Pstrokonio Episcopo Chelmensi Senatus tunc illo in loco
Principi traditis bellum a Cosacis conflatum simul
extrema omnia nuntiabantur decurriq[ue] statim ad reme-
diorum ultimum ut nimirum ~~nobilitatem~~ equestrem ordi-
nem universum Motu ut vocamus Publico ad arma Rex

conciret magnopere imperator flagitabat. Cosacis belli
inferendi causa erat ~~omnino~~ iusta ac fere necessaria ~~cuj~~
~~nobis infestior~~ vis nimirum ac ~~prope~~ omnino tyrannis in eos
nostra res eo nobis infestior quod ~~nunc~~ magnis victo-
rijs cladibusue approbatum populari verbo locum quid nos fe-
at Causâ belli geri. Reductis enim ab imperatore
Koniecpolscio in ordinem & Cosacis eoque ipso mortuo
cessere statim artes et rigor arma consilio temperata qui-
bus Cosaci in officio tenebantur, imo ut fere semper
magnorum consiliorum abusus nonnisi pessimi contingunt quod
unicum ingenii solertia Cosacis frenum Koniecpolscius
fabricarat id ad eos efferandos ceteri Russiae proceres
ac in primis ipse eius filius instrumentum habuêre
fregerat Koniecpolscius Cosacos praelijs quatuor ad
lacum nimirum Curicovium ad Ursorum salicta